

1992 Area F  
Reading Comprehension Test  
Level One

Directions: Read the following story and answer the following questions on your answer sheet. (Underlined words given on p.2.)

In ludo Romano sunt semper multi pueri, sed paucae puellae. (Matres puellas domi docent.) Ludus bonus est, et magister saepe est servus fidus. Docet grammaticam, rhetoricam, arithmetica et docet de poetā magno Vergilio. Vergilius patriam Romanam amat et laudat. Philosophiam et vitam antiquam conservat. Discipuli debent de sapientia Vergilii cogitare. Si pueri sunt boni discipuli, magister pueros laudat. Si pueri mali sunt, magna ira magistrum movet, et pueri poenas dant. Paedagogi pueros semper expectant et libros portant.

Olim regredientes domum pueri commoti paedagogis hanc fabulam narraverunt, quam magister in ludo eodem die docuerat. Sic inceperunt: "Filii Pelopis erant Atreus Thyestesque. Thyestes uxorem Atrei corrumpit; tum Atreus vitium invenit et tolerare non potest. Insidias igitur contra fratrem cogitat: "Ira me movet! Filios parvos mei fratris necabo secaboque. Tum membra coquam et Thyestae cenam dabo." Necat pueros; Thyestes suos filios mortuos in mensā videt et est miser. Nihil nunc habet. Sed propter haec magna vitia filii Atrei magnas poenas dabunt. In animis filiorum manebit eius culpa antiqua; erit perpetua. Quid debemus de insidiis Atrei cogitare? Suam iram non poterat superare; mala igitur erit semper eius fama. Eum eiusque vitam pauci boni, sed multi mali laudabunt."

"Ego certe," unus ex paedagogis exclamavit, "eum non laudo! Nam filii Atrei multa mala passi sunt propter insidias patris." "Nonne ei cum Troianis bellum gesserunt?" rogavit puer. "Ita vero," inquit paedagogus. "Narra nobis fabulam de bello Troiano!" exclamaverunt pueri. Itaque sic incepit paedagogus:

"In Asiā erat magna urbs et ibi rex vixit. Filius illius pulchram feminam Graecam ceperat. Propter hoc vitium multi Graeci ad Asiam venerant et diu bellum gesserant. Muros autem urbis superare non potuerant. Sed tum Epeus, unus ex Graecis, eis hoc consilium dedit: 'Si magnum equum lignum faciemus et Asianis dabimus, eos vincere poterimus; Graecos enim in equō condiderimus.' 'Nos bene docuisti,' Graeci dixerunt et istas insidias sine morā fecerunt. Magnum equum ligneum sub portis urbis nocte reliquerunt. Ubi mane Asiani equum ibi invenerunt, cogitabant, 'Graeci equum Minervae dedicare volunt.' Itaque donum Graecorum ad templum deae duxerunt. 'Nunc pacem habebimus et vitam bonae fortunae agemus,' cogitabant. Sed copias in equō non viderunt. di, quod fortunam malam praesenserant, ex urbe fugerunt; itaque Graeci Asianos vincere potuerunt." Ubi hanc fabulam audiverant, paedagogo pueri gratias egerunt et dixerunt, "Nunc domum advenimus et nos bene docuisti."

## VOCABULARY

ludus, -i (m): school  
dare poenas: to pay the penalty  
paedagogus, -i (m): slave who escorted boys to and from school each day  
regredientes: returning  
corrumpo, -ere: to seduce  
vivo, -ere, vixi, victum: to live  
vitium, -i: crime  
insidiae (f)(pl.): plot, plan  
seco, -are: to cut up  
coquo, -ere: to cook  
passi sunt: they suffered  
ligneus, -a, -um: of wood, wooden  
condo, -ere, -didi, -ditus: to hide, conceal  
donum, -i, (n): gift  
agere vitam: to lead (one's) life  
praesentio, -ire, -sensi, -sensus: to perceive beforehand

### ANSWER THE FOLLOWING QUESTIONS:

1. Erant multi pueri et multae puellae in ludo Romano.  
(a) verus (b) falsus
2. The Roman school was not very good, since it was run by unhappy slaves.  
(a) true (b) false
3. Vergilius erat magister magnus qui pueros grammaticam, rhetoricam, arithmeticam docebat.  
(a) verus (b) falsus
4. According to the story, there was once a father in Rome who loved the poet Vergil.  
(a) true (b) false
5. According to the story, students should think about the wisdom of the famous poet.  
(a) true (b) false
6. Si discipuli mali sunt,  
(a) magister pueros laudat. (b) pueri poenas dant.  
(c) magister pueros movet. (d) ira magna pueros movet.
7. According to the story, the paedagogus' job was to  
(a) read books to the boys (b) to keep the boys from erring  
(c) to help the magister (d) to carry books for the boys
8. On the way to school one day, the paedagogi told the boys a story.  
(a) true (b) false

9. Quid est verum?  
 (a) Pelopi erant duae filiae. (b) Thyestae erant duo filii.  
 (c) Atreo erant duo filii. (d) Pelopi erant duo filii.
10. Which of the following sentences is true?  
 (a) Pelops seduced Thyestes's wife.  
 (b) Atreus seduced Thyestes's wife.  
 (c) Thyestes seduced Atreus's wife.  
 (d) Atreus seduced Pelops's wife.
11. In response to this crime  
 (a) Pelops thinks of a plan to punish his wife.  
 (b) Atreus thinks of a plan to punish his father.  
 (c) Thyestes thinks of a plan to punish his brother.  
 (d) Atreus thinks of a plan to punish his brother.
12. The plan is for  
 (a) the two sons to kill and cut up their father.  
 (b) Pelops to kill and cut up his two sons.  
 (c) Thyestes to kill and cut up his own sons.  
 (d) Atreus to kill and cut up his nephews.
13. Post mortem filiorum parvorum Thyestae, quid Atreus faciet?  
 (a) Eos secabit et membra coquet.  
 (b) Thyestam secabit et eum coquet.  
 (c) Se et filios suos necabit.  
 (d) Filiis suis cenam dabit.
14. Quis pueros necat?  
 (a) Pelops (b) Atreus  
 (c) Thyestes (d) magister
15. Cur est miser Thyestes?  
 (a) quod frater nihil habet  
 (b) quod filii sui nihil habent  
 (c) quod suum fratrem mortuum in mensa videt  
 (d) quod suos filios mortuos in mensa videt
16. Quae sententia est vera?  
 (a) Thyestes nunc nihil habet.  
 (b) Atreus nunc nihil habet.  
 (c) Atreus nunc duos filios habet.  
 (d) Atreus nunc nullam cenam habet.
17. Who will pay the penalty for the crime against the children?  
 (a) Atreus (b) the sons of Atreus  
 (c) Thyestes (d) the sons of Thyestes
18. Quid in animis filiorum Atrei manebit?  
 (a) cena perpetua (b) culpa antiqua  
 (c) magna poena (d) magna mensa
19. Atreusne eius iram poterat superare?  
 (a) minime (b) ita vero

20. Qualis erit fama Atrei?  
 (a) Bona erit eius fama. (b) Mala erit eius cena.  
 (c) Bona erit eius cena. (d) Mala erit eius fama.
21. Multi boni eum eiusque vitam, sed pauci mali laudabunt.  
 (a) verus (b) falsus
22. Laudatne Atreum unus ex paedagogīs?  
 (a) minime (b) ita vero
23. According to one of the paedagogi, what happened to the sons of Atreus?  
 (a) They both suffered from the evil of their ways.  
 (b) They each take revenge on their father.  
 (c) They both take revenge on their uncle.  
 (d) They suffer evils because of their father's crime.
24. Filii Atrei cum Troianis bellum gesserunt.  
 (a) verus (b) falsus
25. Next, the boys tell the story of a war between Greeks and Asians?  
 (a) true (b) false
26. Quis pulchram feminam Graecam ceperat?  
 (a) princeps Asianus (b) urbs Graeca  
 (c) rex Asianus (d) magna urbs Asiana
27. Cur Graeci ad Asiam venerant?  
 (a) quod pulchram feminam Asianam capere voluerant  
 (b) quod bellum gerere voluerant  
 (c) quod muros Asianos videre voluerant  
 (d) quod vitium admittere voluerant
28. Graeci facile muros urbis Asianaē superare.  
 (a) verus (b) falsus
29. Who came up with a plan?  
 (a) the Greek king (b) Epeus  
 (c) an Asian soldier (d) Atreus
30. Quid consilium erat?  
 (a) muros urbis ascendere  
 (b) parvum equum ligneum condere  
 (c) magnum equum ligneum facere  
 (d) magnum equum ligneum vincere
31. Cui magnum equum ligneum Graeci dabunt?  
 (a) Graecis (b) Asianīs  
 (c) pulchrae feminae (d) Epeo soli
32. Quis in equo Graeco condent?  
 (a) Graeci (b) Asiani  
 (c) pulchrae feminae (d) Epeus solus

33. Graeci istas insidias non fecerant.  
(a) verus (b) falsus
34. Ubi Asiani donum Graecorum invenerunt?  
(a) prope muros urbis (b) intra magnum equum ligneum  
(c) prope statuam Minerva (d) sub portis urbis
35. Quando suum donum relinquunt Graeci?  
(a) meridie (b) nocte  
(c) primā luce (d) mane

TIE BREAKERS:

36. Postquam donum invenerant, quid Asiani fecerunt?  
(a) Vitam bonae fortunae egerunt.  
(b) Pacem petiverunt.  
(c) Illud ad templum deae Minervae duxerunt.  
(d) Illud deae Veneri dedicaverunt.
37. Asianine copias in equo viderunt?  
(a) minime (b) ita vero
38. Graeci igitur vincere non poterunt.  
(a) versus (b) falsus
39. Who fled from the Asian city?  
(a) the unfortunate citizens  
(b) the evil fortune hunters  
(c) the city gods  
(d) the triumphant leaders
40. Paedagogi puero dixerunt, "Nos bene docuisti."  
(a) verus (b) falsus